



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 50. 1. Consideratione difficultatis eius. 2. Cogitatio huius medij referenda ad Dominum. 3. Deus pro eo inuocandus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

sensatorum. Vnde Ecclesiastici 27.
 13. *In medio insensatorum serua ver-
 bum tempori, in medio autem cogi-
 tantium, assiduis esto.* A quo non
 discrepat illud Ecclesiastici 22. 14.
*Cum stulto ne multum loquaris, &
 cum insensato ne abieris.*

Nonò, in omni loco silentiũ
 seruandum, vt patet ex capit. 47.
 num. 4. Ac proinde videndum est
 ne in posterum notemur ab Amos
 Propheta in omni loco violati si-
 lentij, cum inquit: cap. 8. 3. *Multis
 morientur, in omni loco proycietur si-
 lentium.*

TRADVNTVR QVATVOR-
 DECIM MEDIA QVIBVS
 taciturnitas acquiri possit.

CAPVT L.

1. *Consideratione difficultatis eius.*
2. *Cogitatio huius medij referenda ad Dominum.*
3. *Deus pro eo inuocandus.*

Hoc postremũ est in ratione

tacitur-

Media
taci-
turni-
tatis.

taciturnitatis seruandum, vt media certa inueniamus, quibus dicta omnia vel mala vitemus, vel bona assequamur.

Vbi primò occurrit considera-
tio difficultatis refrenandę lingue;
difficilia autem qua pulchra. De
qua difficultate loquitur Ecclesia-
sticus cap. 22. 33. *Quis dabit ori meo
custodiam, & super labia mea signa-
culam certam, & non cadam ab ipsis,
& lingua mea non perdat me.* Clarius
verò D. Iacobus ea de re agit cap.
3. 8. dicens. *Linguam nullus homi-
num domare potest.*

Secundùm est, vt cùm homini
hoc sit impossibile, cogitemus quis
ergò linguam nostram naturę vi-
tio tam insolentem, refrenare pos-
sit. Nam híc locum habet id, quòd
Saluator de diuite difficillimè sal-
uando, Matth. 19. 26. dixit. *Apud
homines hoc impossibile est, apud Deū
autem omnia possibilisunt.* Quare

in tam fera & indomita bestia con-
siderandum id Prou. 16. 1. *Homi-
nis est preparare animam, & Domi-
ni gubernare linguam.* Et Sophoniæ
3. 9. *Electum labium dabit Do-
minus.*

Tertiò ergò sincera & simpli-
ci mente ad Deum confugiendum,
qui ardentissimis precibus oran-
dus pro hoc aureo & electo labio.
Et in primis cum tota Ecclesia, ita
dicat. *Linguam refrenans tempe-
ret, ne litis horror insonet.* Et cum
Dauid, Psalm. 140. 3. *Pone Domi-
ne custodiam ori meo, & ostium cir-
cumstantia labijs meis. Non declines
cor meum in verba malitia, ad excu-
sandas excusationes in peccatis.* Et
quia ea in re vita animæ consistit,
dicendum cum Psalm. 24. 20. *Cu-
stodi animam meam, & erue me: non
erubescam, quoniam speravi in te.* Et
Psalm. 85. 2. *Custodi animam meam
quoniam sanctus sum.*

Potest
Deus,
qui o-
rans
dus.